Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35413
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

tis. postea erit necessitatis. Unde nullus regulam inculpet si
dampnatur, sed seipsum. Istis notabilibus sic stantibus. sit prima
conclusio. Transgrediens contra ea que in regula continentur primo semper 1a 9a
peccat mortaliter. patet conclusio. quia facit contra divina pre
cepta. quorum transgressio obligat ad mortale. secundum il
lud. si vis ad vitam ingredi. serva mandata. mathei xix.
Secunda conclusio. Transgrediens ea que secundo modo in regula 2 9clu°
continentur et semper peccat mortaliter, saltem sciens et volens.
Probatur. Nam talis facit contra ea que sunt de essentia
regule. Unde totam regulam destruit. et contra votum su
um facit quod promisit. Tertia conclusio. Transgrediens ea 3 9clusio
que tertio modo in regula continentur. non semper peccat morta
liter. patet quia non sunt principaliter de mente legislatoris
omnes profitentes propter talium transgressiones ad culpam et
penam obligare mortalem. quia hoc in regula non continetur.
Et impium hoc esset sentire de patribus nostris sanctis. quod
propter unam silentii violationem. fratres voluisset perpetuis flam
mis deputasse. et esset regula cuilibet eam profitenti laqueus
dampnationis. a quo vix vel raro posset declinare. Quar 4 9cl.
ta conclusio. Transgrediens aliqua in regula contenta quan
tumcumque sint parva et minima. si facit ex contemptu pre Nota
lati vel mandati. semper peccat mortaliter. Hec intencio est
bernhardi in libro de precepto et dispensatione dicentis. Porro contemptus
in minimis culpam facit non minimam. et convertit in
culpam rebellionis. culpam satis levem. Et in omni genere